



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

XXVII. Quomodo peccator proximum suum offendat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

doctrina instrui, cohortatione
adiuari, solatio erigi, auxilio
defendi, feruore inflammari,
oratione fulciri, virtute susten-
tari, zelo etiam argui, exem-
ploque ad omne virtutis studi-
um incitari possit. Iam cum tot
tantaque homini beneficia pro-
ximus conferat, mirum & intol-
erabile prorsus est, peccato
mortali eum offendi. O ser-
pens venenatissime, authorem
etiam ipsum, cum proximus
tibi quisque sit, inficiens atque
interficiens.

CAPVT XXVII.

*Quomodo peccator proximum suum
offendat?*

Domini præceptum est, vt
quis proximum suum, hoc
est, omnem hominem diligat. Id
cõtinetur his verbis: *Diliges pro-* Matt. 22
ximum tuum sicut te ipsum. Et his alijs 39.

D. Io-

I. 4. c. 21.

D. Ioannis: *Hoc habemus mandatum à Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum, adeoque proximum suum. Diligat autem eum, ut D.*

22. q. 25.
ar. 2.

Thomas explicat, ut in Deo sit & ut cum Deo regnare possit. Diligat item eum *non verbo tantum, & lingua, quemadmodum*

I. 3. c. 18.

D. Ioannes docet, *sed opere & veritate, ut qui rationis ductum non sequitur, homoque adeo non est rationis usum cōquirat, homoque ex bruto fiat, & qui in foribus peccatorum est, non fordescat adhuc, sed emundetur ab illis.* Audi S. Chrysostomum.

*In hom.
de S. Philog.*

Non est alia res, inquit, quæ perinde declarat doceatque quis sit fidelis, & amans Christi, quam si fratrum curam agat, proque illorum salute gerat sollicitudinem. Id quod fecerunt sancti Dei, quorum exempla, quia doctis & indoctis nota sunt, enumerare necesse non est. Iam

salu-

salutem proximi sui promouet
 ne peccator? remouet, exem-
 plis scilicet pessimis suis, quæ,
 ceu penetrabilia tela, ad sedu-
 cendum vim maximam habent;
 siue quòd cò minus iam malum
 videri incipit, quò vel vnus,
 vel plurium illi similium. vsu
 iam vulgatus, & quasi famili-
 arius fit; siue quòd hæc sit ho-
 minum natura, vt sui similes
 homines libenter & facile se-
 quantur. Quæcunque causa
 fit, certè hoc constat, nullum
 ferè esse acriorem stimulum ad
 peccandum, quàm prauum ex-
 emplum. Quod à sapiente
 hac similitudine indicatum est:
qui tetigerit picem, inquinabitur ab
ea; & qui communicauerit super-
bo induet superbiam. Exemplum *Ecclè 13. 11.*
 dedit prauum Lucifer (tenebri-
 fer) & momento temporis ter-
 tia illorum pars rebellare Deo
 E est

est aſa. Iudæi Ægyptiorum quibus cum vixerant, ritus & ſacrificia, ſic impreſſa ſibi animo habebant, vt Deus ad cauendam impietatis & ſuperſtitionis imitationem, ſacrificia alia & ritus alios inſtituere voluerit nimirum vt occupatione ea diſtenti, exemplis, quæ in Ægypto viderant, cogitandis, vacare non poſſent. Exemplum malorum naufragijs ſœdiſſimis infame eſt. Itaque rectè D. Hieronymus: *Procliuſ eſt malorum imitatio, & quorum virtutes aſſequi nequeas, cito imiteris vitia.* Præuis igitur ſuis exemplis peccator proximum ſuum, quem diligere iuuareque in bono debebat, peruertit. Væ illi, vt & ei per quem ſcandalum venit, Diabolo flagitioſioribus, & Mertzentio crudelioribus.

Ep. ad ſal.

Procliuſ eſt malorum imitatio, & quorum virtutes aſſequi nequeas, cito imiteris vitia. Præuis igitur ſuis exemplis peccator proximum ſuum, quem diligere iuuareque in bono debebat, peruertit. Væ illi, vt & ei per quem ſcandalum venit, Diabolo flagitioſioribus, & Mertzentio crudelioribus.

CA.